



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CXII. De gratia quantum ad eius causam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



AD QVARTVM dicendum, qd sapientia & scientia no computantur inter gratias gratis datas, secundu quod enumerantur inter dona Spiritus sancti, prout scilicet mens hominis est bene mobilis per Spiritu sanctum ad ea, qua sunt sapientie & scientia: sic enim sunt dona Spiritus sancti, ut supra dictum est. Sed computatur inter gratias gratis datas, secundu quod importat quandam abundantiam scientie & sapientie, ut homo possit non solum in seipso recte sapere de diuinis, sed etiam alios instruere, & contradicentes reuincere. Et ideo inter gratias gratis datas significatur primo sermo sapientie, & sermo scientie: quia ut \* Augustinus dicit 14. de Trinitate, aliud est scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam, aliud est scire quem admodum hoc ipsum & pijs optineatur, & contra impios defendatur.

ARTICVLVS V.

*Vtrum gratia gratis data sit dignior quam gratia gratum faciens.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod gratia gratis data sit dignior quam gratia gratum faciens. Bonum enim gentis est melius, quam bonum vnius, ut \* Philosophus dicit in 1. Ethic. sed gratia gratum faciens ordinatur solum ad bonum vnius hominis, gratia autem gratis data ordinatur ad bonum coerotius Ecclesie, ut supra dictu est, ergo gratia gratis data est dignior, q gratia gratum faciens. ¶ 2 Pra. Maioris virtutis est, quod aliquid possit agere in aliud, quam quod solum in seipso perficiatur: sicut maior est claritas corporis, quod potest etiam alia corpora illuminare, quam eius quod ita in se licet, quod alia illuminare non potest. Propter quod etiam \* Philosophus dicit in 5. Ethicorum, q iustitia est preclarissima virtutum, per quam homo recte se habet etiam ad alios: sed per gratia gratum facientem homo perficitur in seipso, per gratiam autem gratis datam homo operatur ad perfectionem alioru, ergo gratia gratis data est dignior, quam gratia gratum faciens.

¶ 3 Pra. Id quod est proprium meliorum, dignius est quam id quod est commune omnium, sicut ratiocinari, quod est proprium hominis, dignius est, quam sentire, quod est commune omnibus animalibus: sed gratia gratum faciens est cois omnibus mebris Ecclesie, gratia autem gratis data est propriu donum dignorum membrorum Ecclesie. ergo gra gratis data est dignior quam gratia gratum facies. SED CONTRA est, quod Apost. 1. ad Corint. 12. enumeratis gratijs gratis datis, subdit, Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Et sicut per subsequentia patet, loquitur de charitate, qua pertinet ad gratiam gratum facientem. ergo gratia gratu faciens excellentior est quam gratia gratis data. RESPON. Dicendum, q unaquaque virtus tanto excellentior est, quanto ad altius bonum ordinatur. Semper autem finis potior est his, qua sunt ad finem: gratia enim gratum facies ordinat hominem immediate ad coniunctionem ultimi finis: gratia autem gratis data ordinat hominem ad quadam preparatoria finis vltimi: sicut per prophetiam & miracula, & alia huiusmodi, homines inducuntur ad hoc, q ultimo fini coniungantur. Et ideo gratia gratum facies est multo excellentior, quam gra gratis data.

A AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut \* Philosophus dicit in 12. Met. Bonum multitudinis, sicut exercitus, est duplex. Vnum quidem quod est in ipsa multitudine, puta, ordo exercitus: aliud autem est quod est separatim a multitudine, sicut bonu ducis. Et hoc melius est: quia ad hoc etiam illud aliud ordinatur. Gratia autem gratis data ordinatur ad bonum commune Ecclesie, quod est ordo ecclesiasticus: sed gratia gratum faciens ordinatur ad bonum commune separatim, quod est ipse Deus. Et ideo gratia gratum faciens est nobilior.

B AD SECVNDVM dicendum, q si gratia gratis data posset hoc agere in altero quod homo per gratia gratum facientem consequitur, sequeretur q gratia gratis data esset nobilior: sicut excellentior est claritas solis illuminantis, q corporis illuminari. Sed per gratiam gratis datam homo non potest causare in alio coniunctionem ad Deum, quam ipse habet per gratiam gratum facientem, sed causat quaedam dispositiones ad hoc. Et ideo non oportet, q gratia gratis data sit excellentior: sicut nec in igne calor manifestatiuus speciei eius per quam agit ad inducendum calorem in alia, est nobilior quam forma substantialis ipsius.

H AD TERTIVM dicendum, q sentire ordinatur ad ratiocinari sicut ad finem, & ideo ratiocinari est nobilius. Hic autem est e conuerso: quia id quod est proprium, ordinatur ad id, quod est commune sicut ad finem: unde non est simile.

QVAESTIO CXII.

*De causa gratie, in quinque articulos diuisa.*

**D**E INDE considerandu est de causa gratie.

ET circa hoc quaruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum solus Deus sit causa efficiens gratie.

D ¶ Secundo, vtrum requiratur aliqua dispositio ad gram ex parte recipientis ipsam per actum liberi arbitrij.

¶ Tertio, Vtrum talis dispositio possit esse necessitas ad gratia.

¶ Quarto, vtrum gratia sit equalis in omnibus.

¶ Quinto, vtrum aliquis possit scire se habere gratiam.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum solus Deus sit causa gratie.*

A AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non solus Deus sit causa gratie. Dicitur enim Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est: sed in nomine Iesu Christi intelligitur non solum natura creata assumpta, ergo aliqua creatura potest esse causa gratie.

¶ 2 Pra. Ista differentia ponitur inter sacramenta noue legis & veteris, quod sacramenta noua le-

Prima Secunda S. Tho.

Tex. 52. 10. 3.

¶ Super Quaestio 112. Articulum primum.

I N articulo primo questionis centesima duodecima dubium occurrit, quoniam in prima parte questionis 45. artic. 4. diffinitum est, quod nulla creatura potest creare sine principaliter, siue instrumentaliter: nunc autem dicitur, quod aliqua res creata potest instrumentaliter causare gratiam, quod est creare, cum gratia non educatur de potentia subiecti.

¶ Ad hoc dicitur, negando q gratia proprie creatur, quia ut in prima parte questionis 45. articuli 4. dictum fuit, creati est proprie substantium: gratia autem licet non educatur de potentia subiecti, sicut nec anima intellectum, differt ab eain hoc, q non subsistit sicut anima: & ideo, ut paulo ante in questione 110. artic. 2. ad 3. dictum est, non proprie fit, & consequenter nec creatur, sed dicitur creati, quia non educitur de potentia subiecti, nec datur ex meritis proprie, n. ho-

Supr. q. 106. ar. 7. cor. & 3. q. 62. ar. 1. cor. & ad 7. & 1. di. 16. ar. 4. & 4. di. 14. q. 2. ar. 2. & ultra. q. 7. ar. 3. & Eph. 2. 16. 3.

KK mo



mo fit gratis ex aliquo, scilicet ex homine non grato. Cui ergo dicitur, qd nec principaliter, nec instrumentaliter potest res creata creare, proprie sumpto, ut patet diffile in secundo contra Gen. cap. 21.

gis causant gratiam, quam sacra F menta veteris legis solū significat: sed sacramenta noue legis sunt quaedam visibilia elemēta, ergo nō solus Deus est cā grā.

¶ 3 Præter. Secundum Dionys. in lib. coel. hierar. angeli purgant, & illuminant, & perficiunt, & angelos inferiores, & etiam homines: sed rationalis creatura purgatur, illuminatur, & perficitur per gratiam, ergo non solus Deus est causa gratiæ.

SED CONTRA est, quod in Plal. 83. dicitur, Gratiam & gloriam dabit Dominus.

RESPON. Dicendum, quod nulla res potest agere ultra suā speciē, quia semper oportet quod causa potior sit effectu. Donum aut gratiæ excedit omnem facultatem naturæ creatæ, cum nihil aliud sit, quam quaedam participatio diuinæ naturæ, quæ excedit omnem aliā naturam: & ideo impossibile est, quod aliqua creatura gratiam causeat. Sic enim necesse est, qd solus Deus deificet communicando cōsortium diuinæ naturæ per quandam similitudinis participationem, sicut impossibile est, quod aliquid igniat nisi solus ignis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod humanitas Christi est sicut quoddam organum diuinitatis eius, ut Damasc. dicit in 3. lib. Instrumenrum autem non agit actionem agentis principalis propria uirtute, sed uirtute principalis agentis. & ideo humanitas Christi non causat gratiam propria uirtute, sed uirtute diuinitatis adiuncte, ex qua actiones humanitatis Christi sunt salutares.

AD SECVNDVM dicendum, qd sicut in ipsa persona Christi humanitas causat salutem nostram per gratiam uirtute diuina principaliter operante, ita et in sacramentis nouæ legis, quæ deriuantur a Christo, causatur gratia instrumentaliter quidē per ipsa sacramēta, sed principaliter per uirtutem Spiritus sancti in sacramentis operantis, secundum illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto &c.

AD TERTIVM dicendum, qd angelus purgat, illuminat, & perficit angelum, vel hominem per modum instructionis cuiusdam, non autem iustificando per gratiam. Vnde Dio. dicit in 7. ca. de diu. no. quod huiusmodi purgatio, illuminatio, & perfectio nihil est aliud, quam diuinæ scientiæ assumptio.

¶ Super Questionis 102 Articulum secundum.

IN artic. 2. eiusdem quæst. dubium occurrit circa illud, si gratiæ donum habituale exigit præparationē, quia nulla forma potest esse nisi in materia disposita. Videtur enim hoc esse falsum, propter ea qd gratia est forma secundum se non exigens dispositionem, nam si exigere dispositionē, sequeretur qd nō posset conferri infanti in quo non est usus liberi arbitrii. Nec est fingere aliquam qualitatem in essentia aīe, aut in quacunque po-

ARTICVLVS II. Vtrum requiratur aliqua preparatio & dispositio ad gratiam ex parte hominis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod nō requiratur aliqua preparatio, siue dispositio ad gratiā ex parte hominis. Quia ut Apof. dicit Ro. 4. Ei qui operatur, merces nō imputatur secundum gratiam, sed secundum debitū: sed preparatio hominis per liberum arbitrium non est nisi per aliquā operationem, ergo tolletur ratio grā.

¶ 2 Præter. Ille qui in peccato progreditur non se preparat ad gratiam habendam: sed aliquibus in peccato progredientibus data est

gratia, sicut patet de Paulo, qui gratiam consecutus est dum esset spirans minarum, & cædis in discipulos Dñi, ut dicitur Ad. 9. ergo nulla preparatio ad gratiā requiritur ex parte hominis.

¶ 3 Præter. Agens infinite uirtutis non requirit dispositionē in materia, cum nec ipsam materiā requirit, sicut in creatione apparet, cui collatio gratiæ comparatur, quæ dñ noua creatura, ad Galat. ult. sed solus Deus, qui est infinite uirtutis, gratiam causeat, ut dictum est. ergo nulla preparatio requiritur ex parte hominis ad gratiam consequendā.

SED CONTRA est, quod dicitur Amos 4. Preparate te in occursum Dei tui Isiael. & j. Regum 8. dicitur, Preparate corda uestra Domino.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, gratia dicitur dupliciter. Quandoque quidem ipsum habituale donū Dei: quandoq; autē auxiliū Dei mouētis animam ad bonū. Primo igitur modo accipiēdo gratiam, præexistit ad gratiā aliqua gratiæ preparatio, quia nulla forma potest esse nisi materia disposita. Sed si loquamur de gratia, secundum quod significat auxiliū Dei mouētis ad bonum, sic nulla preparatio requiritur ex parte hominis quasi pueniens diuinum auxiliū: sed potius quæcunq; preparatio in homine esse potest, est ex auxiliō Dei mouētis animā ad bonum. Et secundum hoc ipse bonus motus liberi arbitrii, quo quis preparat ad donum gratiæ suscipiendum, est actus liberi arbitrii a Deo. Et quantum ad hoc dicitur homo se preparare, secundum illud Prover. 16. Hominis est preparare animū. & est principaliter a Deo mouente liberū arbitrium. Et secundum hoc dicitur a Deo hominis preparari, & a dño gressus hominis.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd hominis ad gratiam habendam, quædam est ipsa infusio gratiæ. Et talis operatio est meritoria, sed non gratiæ quæ iam habetur, quæ nondum habetur. Est autem præparatio gratiæ imperfecta, quæ aliquando præcedit gratiæ gratum facientis, quæ tamen est diuina uolente. Sed ista non sufficit ad meritum, mine per gratiam iustificato: quia nullum potest esse nisi ex gratia, ut infra dicitur.

AD SECVNDVM dicendum, qd cum homo se preparare non possit, nisi Deo cū preparatio mouēte ad bonum, non refert utrum latius aliquis ad perfectam præparationem. Dicitur enim Eccl. 11. Facile est in oculis

lib. 3. cap. 5.

¶ 7. cel. hier. a med. habet etia ex cap. 7. de di. no.

Inf. q. 113. ar. 3. co. & 7. co. & 2. 3. q. 34. ar. 10. ad 3. & 4. dist. 17. q. 1. ar. 2. q. 1. & 2. & art. 3. q. 1. & 1. dist. 2. & heb. 2. de. 3.



honestare pauperem. Contingit autem quandoq; quod Deus mouet hominem ad aliquod bonum, non tamen perfectum: & talis preparatio praecedit gratiam. Sed quandoq; statim perfecte mouet ipsu ad bonum, & subito gratiam homo accipit, secundum illud Io. 6. Omnis, qui audit a patre & didicit, venit ad me. Et ita contingit Paulo, quia subito est esset in progressu peccati, perfecte motum est cor eius a Deo, audiendo, & addiscendo, & veniendo, & ideo subito est gratiam consecutus.

AD TERTIVM dicendum, quod agens infinite virtutis non exigit materia, vel dispositionem materię, quasi praesuppositam ex alterius causae actione: sed tunc oportet quod secundum conditionem rei causandae in ipsa re causet & materiam, & dispositionem debitam ad formam. Et similiter ad hoc, quod Deus gratiam infundat animae, nulla preparatio exigitur, quia ipse non faciat.

ARTICVLVS III.

*Vtrum necessario detur gratia se preparanti ad gratiam, vel facienti quod in se est.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod ex necessitate detur gratia se preparanti ad gratiam, vel facienti quod in se est: quia super illud Ro. 5. Iustificati ex fide pacem habeamus, &c. dicitur, Deus recipit eum qui ad se confugit, aliter esset in eo iniquitas: sed impossibile est in Deo iniquitas esse. ergo est impossibile, quod Deus non recipiat eum qui ad se confugit. ex necessitate igitur gratiam assequitur.

¶ 1. Praet. An dicitur in lib. de casu diaboli, quod ista est causa, quare Deus non concessit diabolo gratiam, quia ipse non voluit accipere, nec paratus fuit: sed remota causa necesse est remoueri effectum. ergo si aliquis velit accipere gratiam, necesse est quod ei detur.

¶ 2. Praet. Bonum est communicatum sui, ut patet per Dion. in 4. cap. de diu. nom. sed bonum gratiae est melius quam bonum naturae. cum igitur forma naturalis ex necessitate adueniat materię dispositę, videtur quod multo magis gratia ex necessitate detur preparanti se ad gratiam.

SED CONTRA est, quod homo comparatur ad Deum, sicut lutum ad figulum, secundum illud Hier. 18. Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea: sed lutum non ex necessitate accipit formam a figulo, quantumcunq; sit preparatum. ergo neq; homo recipit ex necessitate gratiam a Deo quantumcunq; se preparat.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, preparatio hominis ad gratiam est a Deo sicut a mouente: a libero autem arbitrio sicut a moto.

¶ Potest igitur preparatio dupliciter considerari. Vno quidem modo, secundum quod est a libero arbitrio: & secundum hoc nullam necessitatem habet ad gratiae consecutionem, quia donum gratiae excedit omnem preparationem virtutis humanae. Alio modo potest considerari secundum quod est a Deo mouente, & tunc habet necessitatem ad id, ad quod ordinatur a Deo, non quidem coactionis: sed infallibilitatis: quia intentio Dei deficere non potest, secundum quod Augustinus dicit in lib. de predestinatione sanctorum, quod per beneficia Dei certissime liberantur, quicumq; liberantur. Vnde si ex intentione Dei mouentis est, quod homo cuius cor mouet, gratiam consequatur, infallibiliter ipsam consequitur, secundum illud Io. 6. Omnis qui audit a patre, & didicit, venit ad me.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod gl. illa loquitur de illo, qui confugit ad Deum per actum meritum liberi arbitrii iam per gratiam informati, quae

si non reciperet, esset contra iustitiam, quam ipse statuit. Vel si referatur ad motum liberi arbitrii, ante gratiam, loquitur secundum quod ipsum confugiū hominis ad Deum est per motionem diuinam, quam iustum est non deficere.

AD SECVNDVM dicendum, quod defectus gratiae prima causa est ex nobis, sed collationis gratiae prima causa est a Deo, secundum illud Ose. 13. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam in rebus naturalibus dispositio materię non ex necessitate consequitur formam, nisi per uirtutem agentis, qui dispositionem causat.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum gratia sit maior in uno, quam in alio.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod gratia non sit maior in uno, quam in alio. Gratia n. cauetur in nobis ex dilectione diuina, ut dictum est: sed Sap. 6. dicitur, Pusillum & magnum ipse fecit, & aequaliter est illi cura de omnibus. ergo omnes aequaliter gratiam ab eo consequuntur.

¶ 1. Praet. Ea quae in summo dicuntur, non recipiunt magis & minus: sed gratia in summo dicitur, quia coniungit ultimo fini. ergo non recipit magis & minus. non est ergo maior in uno, quam in alio.

¶ 2. Praet. Gratia est vita animae, ut supra dictum est: sed uiuere non dicitur secundum magis & minus. ergo etiam neque gratia.

SED CONTRA est, quod dicitur ad Ephes. 4. Vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Quod autem mensurate datur, non omnibus aequaliter datur. ergo non omnes aequalem gratiam habent.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, habitus duplicem magnitudinem habere potest. Vnam ex parte finis, vel obiecti, secundum quod dicitur vna virtus alia nobilior, in quantum ad maius bonum ordinatur. Alia vero ex parte subiecti, quod magis, uel minus participat habitum inherens.

SECUNDUM igitur primam magnitudinem, gratia gratum faciens non potest esse maior & minor, quia gratia secundum sui rationem coniungit hominem summo bono, quod est Deus: sed ex parte subiecti, gratia potest suscipere magis, uel minus, prout. s. unus perfectius illustratur a lumine gratiae quam alius. Cuius diuersitatis ratio quidem est aliqua ex parte preparantis se ad gratiam: qui enim magis se ad gratiam preparat, plenior est gratiam accipit. Sed ex hac parte non potest accipi prima ratio huius diuersitatis, quia preparatio ad gratiam non est hominis, nisi in quantum liberum arbitrium eius preparatur a Deo. Vnde prima causa huius diuersitatis accipienda est ex parte ipsius Dei, qui diuersimode sua gratiae dona dispensat ad hoc, quod ex diuersis gradibus pulchritudo & perfectio Ecclesiae consurgat: sicut etiam diuersos gradus rerum instituit, ut esset uniuersum perfectum.

Vnde Apostolus ad Eph. 4. postquam dixerat, Vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi, enumeratis diuersis gratiis, subiungit, Ad confirmationem sanctorum in edificationem corporis Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cura diuina dupliciter considerari potest. Vno modo, quantum ad ipsum diuinum actum, qui est simplex & uniformis: & secundum hoc aequaliter se habet eius cura ad omnes, quia. s. vno actu simplici & maiora, & minora dispensat. Alio modo.

Prima Secunda S. Tho. KK 2 do

Sup. q. 66. ar. 2. ad 1. & 2. q. 5. art. 4. ad 3. q. 110. ar. 1.

q. 110. ar. 1. q. 110. ar. 2. q. 110. ar. 3.

q. 110. ar. 1. q. 110. ar. 2. q. 110. ar. 3.

q. 51. art. 1. & 2.



do potest considerari ex parte eorum, quae in creaturis ex diuina cura proueniunt. Et sic in hoc inuenitur inaequalitas, in quantum. scilicet Deus sua cura quibusdam maiora, quibusdam minora prouidet dona.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa procedit secundum primum modum magnitudinis gratiae: non enim potest gratia secundum hoc maior esse, quod ad maius bonum ordinet, sed ex eo quod magis, uel minus ordinat ad idem bonum magis, uel minus participandum. Potest enim esse diuersitas intentionis & remissionis secundum participationem subiecti, & in ipsa gratia, & in finali gloria.

AD TERTIUM dicendum, quod uita naturalis pertinet ad substantiam hominis, & ideo non recipit magis & minus: sed uitam gratiae participat homo accidentaliter, & ideo eam potest homo magis, uel minus habere.

¶ Super Quaestio. 112. Articulum quintum.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrum homo possit scire se habere gratiam.

IN art. 3. & 4. nihil occurrit scribendum.

¶ In quinto autem aduerte primo, quod notitia experimentalis per actus, de qua fit mentio pluries in litera, licet sufficiens sit ad certe sciendum nos habere animam, & intellectum &c. non tamen sufficit ad certe sciendum nos habere gratiam propter similitudinem actuum in gratia, & extra gratiam, ex naturalibus proueniunt.

¶ Aduerte secundo, quod id, quod in responsione ad secundum dicitur, quod habens fidem scit certe se habere fidem. potest intelligi multipliciter. Primo de fide acquisita, & hoc est manifestum: secundo de fide infusa, & tunc distingue certitudinem, & dic, quod certitudine scientiae nemo scit se habere fidem ex actu fidei, puta, credere: quoniam hoc potest ex propria uoluntate & intellectu prouenire. Certitudine autem fidei quilibet scit certe se habere donum infusum fidei. Et in hoc differt certitudo experimentalis fidei & gratiae: quia ex actibus gratiae quous homo putet se esse in gratia, stat tamen cum formidine partis opposita. Ex actibus uero fidei homo credit absque formidine alterius partis se habere fidem: sicut etiam credit alia credita, scilicet, incarnationem Christi &c. Et quoniam litera in responsione ad secundum loquitur de certi-

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur quod homo possit scire se habere gratiam. Gratia enim est in anima per sui essentiam: sed certissima cognitio animae est eorum quae sunt in anima per sui essentiam, ut patet per Augustinum super Genesim ad litteram. ergo gratia certissima potest cognosci ab eo qui gratiam habet.

¶ 2. Præterea. Sicut scientia est donum Dei, ita & gratia: sed qui a Deo scientiam accipit, scit se scientiam habere, secundum illud Sapientiae 7. Dominus dedit mihi horum, quae sunt, ueram scientiam. ergo pariter scit se gratiam a Deo, scit se gratiam habere.

¶ 3. Præterea. Lumen est magis cognoscibile quam tenebra, quia secundum Apostolum ad Ephesios 5. omne quod manifestatur, lumen est: sed peccatum quod est spirituales tenebrae, per certitudinem potest sciri ab eo qui habet peccatum. ergo multo magis gratia, quae est spirituale lumen.

¶ 4. Præterea. Apostolus dicit 1. ad Corinthios 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui a Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis: sed gratia est primum donum Dei. ergo homo, qui accipit gratiam per spiritum sanctum, per eundem spiritum scit gratiam esse sibi datam.

¶ 5. Præterea. Genesim 22. ex persona Domini dicitur ad Abraham, Nunc cognoui quod timeas Dominum. id est, cognoscere te feci: loquitur autem ibi de timore casto, qui non est sine gratia. ergo homo potest cognoscere se habere gratiam.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccliesiasticum 9. quod nemo scit utrum sit di-

gnus odio, uel amore: sed gratia faciens facit hominem dignum Dei amore. ergo nemo potest scire utrum habeat gratiam gratum facientem.

RESPON. Dicendum, quod tripliciter aliquis sciri potest. Uno modo per reuelationem: modo potest aliquis scire se habere gratiam: aliter enim Deus hoc aliquando aliquibus ex privilegio, ut securitatis gaudium etiam in his in eis incipiat, & confidentius & fortius opera prosequantur, & mala praesentis uincant, sicut Paulo dictum est 2. ad Corinthios 12. tibi gratia mea. Alio modo homo cognoscit se per seipsum, & hoc certitudinaliter, & sic potest scire se habere gratiam. Certitudo enim non haberi de aliquo, nisi possit diiudicari per principium: sic enim certitudo habetur de conclusionibus demonstratiuis per indemonstrabilia uersalia principia. Nullus autem potest scire habere scientiam alicuius conclusionis, si principium raret. Principium autem gratiae & obiectum ipse Deus, qui propter sui excellentiam est ignotus, secundum illud Iob 36. Ecce Deum uincens scientiam nostram. Et ideo eius praesentia in nobis, & absentia, per certitudinem cognosci potest, secundum illud Iob 9. Si uenerit autem uidebo eum: si autem abierit, non intelligit homo non potest per certitudinem diiudicari ipse habere gratiam, secundum illud 1. ad Corinthios 13. Sed neque me ipsum iudico: qui autem iudicatur Dominus est. Tertio modo cognoscitur gratia iudicialiter per aliqua signa. Et hoc modo cognoscere potest se habere gratiam, in quantum accipit se delectari in Deo, & continere reus, & in quantum homo non est conscius inus peccati mortalis. Secundum quem magis potest intelligi quod habetur Apocalypsis 1. Vinocum manna absconditum, quod nemo nouit: quia scilicet ille qui accipit per quandam certitudinem dulcedinis nouit, quam non experiri non accipit. Ista tamen cognitio imperturbata de Apostolo dicitur 1. ad Corinthios 4. Nihil mihi scilicet sum, sed non in hoc iustificatus sum: quia in psalmo 18. Delicta quis intelligit: ab occultis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa quae essentiam sui in anima, cognoscuntur extrinsecis cognitione, in quantum homo experitur actus principia intrinseca: sicut uoluntatem habet uolendo, & uitam in operibus uita.

AD SECUNDUM dicendum, quod de ratione est, quod homo certitudinem habeat de his quae sunt scientiam: & similiter de ratione fidei est, quod homo sit certus de his, quorum habet fidem: quia certitudo pertinet ad perfectionem scientiae in quo praedicta dona existunt: & ideo quod habet scientiam, uel fidem, certus est se habere: habet autem similis ratio de gratia & charitate huiusmodi quae perficiunt uim appetituum.

AD TERTIUM dicendum, quod peccatum pro principio & pro obiecto bonum communitate, quod nobis est notum. Obiectum autem gratiae est nobis ignotum propter suam mensuram, secundum illud 1. ad Timotheum 2. inaccessibilem.

AD QUINTUM dicendum, quod Apostolus loquitur de donis gloriae, quae sunt nobis data

1. d. 16. ar. 3. ad 5. & 4. d. 21. q. 9. ar. 2. 601.

Li. 12. super Genesim c. 29. habet 10. 3.



certissime cognoscimus per fidem, licet non cognoscamus per certitudinem nos habere gratiam, per quam nos possumus ea promereri. Vel potest dici, quod loquitur de notitia privilegiata, quae est per revelationem. unde subdit, Nobis autem revelavit Deus per Spiritum sanctum.

Ad quintum dicendum, quod illud verbum Abraham dictum, potest referri ad notitiam experimentalem, quae est per exhibitionem operis. In opere enim illo quod fecerat Abraham, cognoscere potuit experimentaliter se Dei timorem habere. Vel potest hoc etiam ad revelationem referri.

Super Questionis centesima decimae tertiae Articulus primus.

QVAESTIO CXIII.

De effectibus gratiae, in decem articulos divisa.

DEINDE considerandum est de effectibus gratiae. Et primo, de iustificatione impii, quae est effectus gratiae operantis. Secundo, de merito, quod est effectus gratiae cooperantis.

CIRCA primum quaeruntur decem.

¶ Primo, Quid sit iustificatio impii.

¶ Secundo, Utrum ad eam requiratur gratiae infusio.

¶ Tertio, Utrum ad eam requiratur aliquis motus liberi arbitrii.

¶ Quarto, Utrum ad iustificationem impii requiratur motus fidei.

¶ Quinto, Utrum ad eam requiratur motus liberi arbitrii contra peccatum.

¶ Sexto, Utrum praemissis sit connumeranda remissio peccatorum.

¶ Septimo, Utrum in iustificatione impii sit ordo temporis, aut sit subito.

¶ Octavo, De naturali ordine eorum quae ad iustificationem occurrunt.

¶ Nono, Utrum iustificatio impii sit maximum opus Dei.

¶ Decimo, Utrum iustificatio impii sit miraculosa.

ARTICULVS PRIMVS.

Utrum iustificatio impii sit remissio peccatorum.

AD PRIMUM sic proceditur. Vt quod iustificatio impii non sit remissio peccatorum. Peccatum enim non solum iustitiae opponitur, sed omnibus virtutibus, ut ex supra dictis patet: sed iustificatio significat motum quendam ad iustitiam, non ergo omnis peccati remissio est iustificatio, cum omnis motus sit de contrario in contrarium.

¶ Praeterea, Vnumquodque debet nominari ab eo quod est potissimum in ipso, ut dicitur in 2. de anima sed remissio peccatorum praecipue fit per fidem, secundum illud Act. 13. Fide purificans corda eorum, & per charitatem, secundum illud Prou. 10. Vniuersa delicta eorum, & per charitatem, magis ergo remissio peccatorum debuit denominari a fide, uel a charitate, quam a iustitia.

¶ Praeterea, Remissio peccatorum idem esse videtur quod vocatio. vocatur enim qui distat, distat autem aliquis a Deo per peccatum sed vocatio iustificationem praecedat, secundum illud Ro. 8. Quos vocauit, hos & iustificauit, ergo iustificatio non est remissio peccatorum.

SED CONTRA est, quod Rom. 8. super illud, Quos uocauit, hos & iustificauit, dicitur \* glo. remissione peccatorum. ergo remissio peccatorum est iustificatio.

Glo. interlib. ibidem.

RESPOND. Dicendum, quod iustificatio passiuè accepta importat motum ad iustitiam, sicut & calefactio morum ad calorem. Cum autem iustitia de sui ratione importet quendam rectitudinem ordinis dupliciter accipi potest. Vno modo secundum quod importat ordinem rectum in ipso actu hominis. Et secundum hoc iustitia ponitur virtus quadam, siue sit particularis iustitia, quae ordinat actum hominis secundum rectitudinem in comparatione ad alium singularem hominem: siue sit iustitia legalis, quae ordinat secundum rectitudinem actum hominis in comparatione ad bonum commune multitudinis, ut patet in 5. Eth. Alio modo dicitur iustitia prout importat rectitudinem quandam ordinis in ipsa interiori dispositione hominis, prout est supremum hominis subditur Deo & interiores uirtutes animae subduntur supremae, scilicet rationi. Et hanc uirtutem dispositionem uocat Philosophus in 5. Eth. iustitiam metaphoricè dictam. Haec autem iustitia in homine potest fieri dupliciter. vno quidem modo per motum simplicis generationis, qui est ex priuatione ad formam. Et hoc modo iustificatio posset competere et ei, qui non esset in peccato, dum homo iustitiam a Deo acciperet: sicut Adam dicitur accepisse originale iustitiam. Alio modo potest fieri homini iustitia in homine secundum rationem motus, qui est de contrario in contrarium: & secundum hoc iustificatio importat transmutationem quendam de statu iniustitiae ad statum iustitiae praedictae. Et hoc modo loquimur hic de iustificatione impii secundum illud Apostoli ad Ro. 4. Et qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium &c. Et quia motus denominatur magis a termino ad quem, quam a termino a quo, ideo huiusmodi transmutatio, qua aliquis transmutatur a statu iniustitiae per remissionem peccati, fortitur nomen a termino ad quem, & uocatur iustificatio impii.

cap. 1. to. 5.

Capitulum vii. tom. 5.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod omne peccatum secundum quod importat quandam inordinationem meritis non subditur Deo, iniustitia potest dici praedictae iustitiae contraria, secundum illud 1. Io. 3. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. & secundum hoc remotio cuiuslibet peccati dicitur iustificatio.

AD SECUNDUM dicendum, quod fides & charitas dicitur ordinem specialem mentis humanae ad Deum secundum intellectum, uel affectum: sed iustitia importat generaliter totam rectitudinem ordinis. Et ideo magis denominatur homini transmutatio a iniustitia, quam charitate, uel fide.

AD TERTIUM dicendum, quod uocatio refertur ad auxilium Dei interius mouentis, & excitantis mentem ad deserendum peccatum. Quae quidem motio Dei non est ipsa remissio peccati, sed causa eius.

AD QUARTUM dicendum, quod iustificatio impii non est motus liberi arbitrii, sed est effectus gratiae operantis, qui est de contrario in contrarium.

AD QUINTUM dicendum, quod iustificatio impii non est motus liberi arbitrii contra peccatum, sed est effectus gratiae cooperantis, qui est de contrario in contrarium.

AD SEXTUM dicendum, quod remissio peccatorum connumeranda est iustificationi impii, quia est effectus gratiae cooperantis, qui est de contrario in contrarium.

AD SEPTIMUM dicendum, quod in iustificatione impii sit ordo temporis, aut sit subito.

AD OCTAuum dicendum, quod de naturali ordine eorum quae ad iustificationem occurrunt.

AD NONUM dicendum, quod iustificatio impii sit maximum opus Dei.

AD DECIMUM dicendum, quod iustificatio impii sit miraculosa.

ARTICULVS II.

Utrum ad remissionem culpae, quae est iustificatio impii, requiratur gratiae infusio.

Super Questionis centesima decimae tertiae Articulus secundus.

AD SECUNDUM sic proceditur. Vt quod ad remissionem culpae, quae est iustificatio impii, non requiratur gratiae infusio. Potest enim aliquis remoueri ab uno contrario sine hoc, quod producat ad alterum, si contraria sint mediata: sed status culpae, & status gratiae sunt contraria mediata. est enim medius status

In art. 2. questionis centesima decimae tertiae, dubium occurrit circa rationem literarum quo ad illam propositionem, Eff. etus diuinae dilectionis in nobis, qui per peccatum tollitur, est gratia qua homo sic dignus uita aeterna. Vt

4. dist. 17. q. 1. art. 3. q. 1. & veri. q. 28. art. 8.

Prima Secundae s. Thomae. K K 3 nan.